

97

RECTOR  
ACADEMIAE LUDOVICIANAE  
D. FRANCISC. IVSTVS  
KORTHOLT  
PROFESSOR IURIS ORDINARIUS  
ET ACADEMIAE SYNDICVS  
VNA CVM VNIVERSO  
SENATV ACADEMICO  
*PRAELECTIONES HIEMALES*  
TAM PUBLICAS QVAM PRIVATAS  
RITE INDICIT  
ET AD EAS SEDVLO AC DILIGENTER AVDIENDAS  
GENEROSSOS NOBILISSIMOS QVE  
ACADEMIAE CIVES  
PERAMANTER INVITAT.

---

P. P. DIE XVII. SEPTEMBRIS c<sup>lo</sup> lccxlvii.  
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

---

G I E S S A E,  
TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



## In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Superintendens & Acad. Senior.

**P**ublice in lectionibus Biblicis perget, & privatim B.  
Doct. FECHTII instructionem Pastoralem, nuper de-  
mum Dn. Auditorum rogatu coepit, continuabit, nec  
illis deerit, qui vel theologiam theticam, vel exegeticam  
desiderant, vel in *Theologia Patristica*, superiori anno su-  
cepta, disputando publice exerceri cupiunt.

REINH. HENR. ROLLIUS, D.

Prof. Publ. & Superint.

**A**D solidiorem doctrinæ saudioris cognitionem com-  
parandam, cum plurimum conferat historia dogma-  
tum, eam aliquoties tractationi Theologix dogmaticæ  
in singulis adjunxit capitibus. Quoniam vero paucis tan-  
tum. & quasi in transitu, id fieri potuit, jam ex institu-  
to istud aggredi negotium, pleniusque Historiam dogma-  
tum per universam Theologiam, publicis lectionibus, pro-  
prioare constituit, ea quidem lege, ut summa rerum ca-  
pita in calamum dictentur, uberiorique discurso illu-  
strentur. Privata lectiones dogmatis de novo auspica-  
bitur,

bitur, *Compendium Baierianum*, annotationibus passim inspersis, perspicue explicaturus, dictaque, ut firmius animo inhærent, perpetuo examine repetiturus. Exercitium quoque *disputatorium*, in *Syllogen Fechtianam*, bis nisi post meridiem horis continuabit.

## D. IO. HERMANN. BENNER

*P. O.*

**A**lteram partem *theologiae dogmaticae* absoluet, nec non alteram *theologiae practicae*, & quae restant in *hermetica sacra*, pariter ad finem auctuente Deo, perducet, ita reliquis nemini sua culpa defuturus.

## D. ERN. FRID. NEVBAVER,

*Ordinis Theol. b. a. Decanus.*

**P**ostquam trium priorum post C. N. saeculorum historiam ecclesiasticam ex instituto dataque opera enarravit: ad sequentia nunc saecula diuinis auspiciis perget, ducem ubique sequuturus LANGIVM. Publice disputationes MENZERIANAS porro excutiet. Quod si in quacumque alia sanctioris disciplinae parte institutiones desideratae fuerint, non deerit potentium votis, in primis alumnorum Principalium studia diligenter curaturus.

## In Facultate Juridica.

### D. IO. FRIED. KAYSER,

*Serenissimi Principis in Regimine & Consistorio Eccles. Director,  
Iur. Prof. P. O. & Prim. nec non rerum Oeconom. in  
Alma Ludouic. Inspector perpetuus.*

**Q**uantum per strepitum forensium negotiorum licebit

( 4 )

---

Dn. Dn. Commilitonum studia gnautes promouere non  
desistet.

## D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

*Prof. Iur. Ordinar. & Acad. Syndicus.*

**I**us publicum duce Illustr. MOSERO, & ius feudale ad du-  
elum Perillusris SENCKENBERGII interpretabitur.  
Plura si muneric Rectoralis negotia permiseriat, com-  
modis Domm. Commilitonum nunquam deerit.

## D. IO. ERNEST. HOEPFNER,

*Prof. Iur. Ord.*

**P**ublice HEINECCII Institutiones Jur. Civ. interpreta-  
bitur: Privatim Jus Digestorum Illustr. BOEHMERI,  
ejusdemque Instit. Jur. Can. ut & Jac. Gabr. WOLFII Ele-  
menta Jur. Feud. commentariis suis illustrabit.

## IO. CHRISTOPH. BALSER,

*Prof. Iur. Ordin.*

**P**ublice doctrinam de actionibus explicare perget. Pri-  
vatim praelectiones ad Pandectas præterlapsi semestri  
cœptas D. V. ad finem perducet; simulque Jus Canoni-  
cum duce Illustr. BOEHMERO interpretabitur.

## GEORG. WILH. WAGNER,

*Prof. Iur. & Facult. Iurid. Assessör.*

**P**ublice exponet titulos Dig. de Reg. Iuris & verb. signif.  
laborc

99

labore ad accuratiora iuris principia non inutili. Pri-  
uatum, Institutiones Iuris ductu HEINECII, Pandectas,  
praeeunte BOEHMERO, alia vero pro voluntate Prae-  
nob. Dn. Commilitonum docebit.

## *In Facultate Medica.*

### **D. IO. CASIMIR HERTIVS,**

*Prof. publ. ordin.*

**S**icuti nihil magis in votis atque optatis habet, quam  
ut suum inserviendi studium Nobiliss. Dnn. Commili-  
tonibus comprobare possit: ita si vires forte, quod so-  
lius benignissimi Dei munus erit, recuperavit, nihil cura  
publice, tum privatim intermitteret, quod suarum esse  
partium intellexerit.

### **D. LUDOVICVS HENR. LEO HILCHEN,**

*Ordinis Medici hodie Decanus.*

**I**N praelectionibus publicis selectum remediorum eo-  
rundemque operandi modos proponet. Priuatim,  
hora IX. praxin medicam urget: hora XI. chirurgiam  
medicam, praecunte BOERHAVIO, docebit: hora II.  
medicinam legalem B. TEICHMEYERI illustrabit. Nec  
alia desiderantibus operam suam & consilium negabit.

# In Facultate Philosophica.

## IO. LUDOVICVS ALEFELD,

*Philos. naturalis Prof. Ordin. Facultatis sue h. a. Decanus.*

**Q**uae in Physica speciali explicanda restant, adspirante  
DEI gratia, horis publicis, cum exeunte anno ad fi-  
nem perducet; iisque absolutis promissas non ita pridem  
*disquisitiones priuatas* dogmatico · experimentales de ele-  
ctricitate corporum, quae, ne quid apparatus necessarii  
deesset, ad tempus aliquod fuerunt differendae, subiun-  
get; paratus ad alia, si quae praeterea à se requiri in-  
telleixerit.

## D. ERN. FRID. NEVBAVER,

*Antiquitatum, nec non sacrae & orientalis Philologiae P. O.*

**E**braica praeleget publice, sive librum faciliorēm, Ge-  
nesin, sive difficiliorem aliquem explicaturus. Pri-  
uatas recitationes graecas, "antiquitatum ebraicarum, lingua-  
rum in oriente cultarum, Chaldaicae, Syriacae, aliarum,  
desideria Dnn. Commilitonum formabunt.

## ERNESTVS THOM,

*Prof. philos. actiuae O.*

**H.** Koehleri Ius naturale & eiusdem Ius sociale explanabit.  
Exponet etiam I. H. Winckleri *Institutiones philoso-  
phiae actiuae*, in iisque & aliis, quae ab eo requiri pos-  
sunt, vel publice, vel priuatim, vel privatissime expli-  
candis studium suum poneat.

CHRIST.

# CHRISTIANVS FRID. MEIS,

- J. V. D. & Prof Philos. ord.

PUBLICE HISTORIAM VEL RECENTISSIMAM VEL UNIVERSALEM EX-  
PONET. PRIVATIM SUAM OPERAM DESIDERATURIS SATISFACIET.

# ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathes. P. P. O.

PUBLICE EXPLICABIT G. F. HAGEN MEDITATIONES PHILOSOPHI-  
CAS DE METHODO MATHEMATICA; PRIVATIM VERO LOGICAM  
& METAPHYSICAM, PRAECEUNTE BAVMEISTERO, ATQUE MA-  
THESIN. ALIIS HON. DN. COMMILITONUM DESIDERIIS NUNQUAM  
DEERIT.

# HENR. CHRISTOPH. NEBEL,

Elog. P. P. O.

PUBLICE IOCRATIS ALIQUIT ORATIONES; PRIVATIM FUNDA-  
MENTA STILI LATINI, HEINECCIO AUCTORE, NEC NON PRACTI-  
CEPTA ARTIS ORATORIAE EXPOSSET. IIS QUOCUMQUE, QUI VARIAS  
STILI CULTIORIS SCRIPTURES ELABORANDO VITES SUAS EXERCERE,  
EASQUE DISPUTANDO CONFIRMARE CUPIUNT, OPERAM SUAM  
PRAESTABIT.

# CHRISTOPH. LVD. KOCH,

Jur. vtr. Lic. Philos. & Histor. P. P. O. Jur. Extraord.

Facult. Jurid. Adseffor. & Bibl. Acad. Praefectus.

COLLEGium HISTORiae LITTERARiae, NEC NON ILUD, QUO REGNI  
IMPERIIQUE GERMANICI RES TRADERE NUPER INCEPIT, HOC  
LEMESTRI IPATIO V. D. AD FINEM PERDUCET, NOVUM, VEL HI-  
STORIÆ

*Historiae uniuersalis*, secundum doctrinas illustris Gebaueri; vel *specialium Imp. Rom. Germ. Rerum publicarum pro desiderio Nob. Dan. Commilitonum additurus.* Bibliothecas publicas singulis Saturni diebus in usus communes recludet. Nec deerit iis, qui *Processam summorum Imp. Iuridiorum lectionibus priuatissimis addiscere*; aut *Selectiones Historiae Germanicae*, vel *Iuris Publici capita in Cathedra publica defendere cupiunt.* *Praelectiones Iuridicas, Institutionum vel Pandectarum*, nec non *Iuris Germanici suggillatum indicabit.*

**P**raeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de luculentia equitandi, pugnandi gladio, saltandiisque, palestra; *Galliae item & Italicae linguae scholis*, per magistros earum peritissimos, publicae constitutos, abunde prospectum est.

